

ITIONVM
LXXXIV.



I. N. I.
DISSERTATIO MEDICA
DE
TERRORE,

PRÆSIDE
GEORGIO VVOLFFGANGO
VVEDELIO,

HÆREDITARIO in *Schwarka*/
MEDICINÆ DOCTORE, COMITE PALATINO
CÆSAREO, CONSILIARIO ET ARCHIATRO DV.
CALI SAXONICO, THEORETICES PROFES-
SORE ORDINARIO,

Patrono, Præceptore ac Promotore studio-
rum suorum submisse colendo,

PVBLICO PHILATRORVM EXAMINI EXPOSITA

ab
HIERONYMO ECKARDI,
SALZUNGENSI,

IN ACROATERIO MEDICO,
Horis ante-meridianis consuetis,
Ad d. Decembr. M DC III C.

JENÆ,
TYPIS CHRISTOPHORI KREBSII.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC
DOMINO,
DN. BERNHARDO,
DVCI SAXONIÆ, IULIÆ, CLIVIÆ,
MONTIVM, ANGRIÆ ET VVESTPHALIÆ,
LANDGRAVIO THVRINGIÆ, MARCHIONI
MISNIÆ, PRINCIPALI DIGNITATE COMITI
HENNEBERGIÆ,
COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,
DYNASTÆ IN RAVENSTEIN,
PIO, FELICI, AVGVSTO,
PRINCIPI AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,
HANC DE TERRORE, DISSERTATIONEM
DEVOTISSIMA MENTE OFFERT
SERENITATIS IPSIUS
SUBJECTISSIMVS ET HVMILLIMVS CLIENS
HIERONYMVS ECKARDI, SALZVNGENSIS.



I. N. I.

PRÆFATIO.

Celebrantur apud Poetas , arcanioris sapientia conditores, Gorgones, interque eas Medusa, a truculentia summa, ut vel solo obtutu necaret homines, vel in lapides mutaret.

Est hoc emblemata egregium terroris. Quid enim magis percellit animos, & extra se rapit quasi, hoc ipso, ut stupeat attonus, incusso terrore, & idea consimili ad sacraria intima illata?

Ait scuto Palladis munitus truncasse caput hoc mercuriali ense fingitur animosus Perseus. Quid hoc aliud significat, quam prudentia & sapientia contra eundum, & his solis mediis terriculamenta posse subfugari?

Metu atque terrore expediendus est animus non solum philosophicis praesidiis, vt arma invicta & verum Palladium, Christianam fidem, non laudemus, tanquam præcipuum ; sed & medica arte.

Dum ergo de natura, effectibus & remediis diri huius hostis agere in præsentiarum constituimus, diuinum supplices adimus numen, ut faustis conatus nostros successibus prouochere dignetur!

A 2

CAP.

DISSERTATIO MEDICA

CAPVT I.

De-

Terroris Natura.

Vod Galenus scribit l. 1. meth. med. e. 5. ὅτι πάντων ζημένων εἰς λόγον χεὶς μεταλαμβεῖν τὰ τένοντα, in omnibus, de quibus quaritur, operatur definire nomen, id etiam merito de nominis terroris notione valet, sine ea enim, teste eodem, ad essentiam rei perueniri non potest. Hinc, quantum nostri est scopi, ejus quoque origo expendi metetur.

Vtut vero frustra fuerit, omnia etiam primitia minutatim exquirere, non parum tamen hoc facit etiam in allusione saltim & quadam probabilitate acquiescere.

Si ex Latinis fontibus id repetamus, sunt qui terroris vocem ab affini tero, quod animum quasi terat, deducunt, geminata litera aspera & horrida quasi repentinum & violentum actum exprimente. Græca origo τέρεσ Scaligero placet, terrent enim monstra, Exercit. 312. de substantiis p. m. 1005. Imo & hæc & alia similia Beccmannus ab Hebraico טְרֵר terruit cum fragore, deriuat, l. de orig. L. L. p. 1071. Græce dicitur φόβος, a φόβῳ, quod à φόβοι fugio, quia terror a fuga & auersatione mali oritur.

Decebat nimirum rem horrificam & vox similis. Terror, ait Scaliger l. c. est affectus actius. Verbum enim ipsum transmittit in aliud actionem. At reliquorum affectuum verba neutiquam talia sunt: sed neutro-passiva. Ita vero exprimitur eius energia, celeritas & violentia, imo quasi a priori intentio, quod aliis inferatur, unde apud Plautum Amphitry. Act. V. sc. 1. dicitur: Exurgite, qui terore meo occidistis præ metu.

Aeti-

DE TERRORE

Actius est, sensu recepto, quod sit tyrannus quidam affectuum, omnium grauissimus, ad deprimendam vitalem flammam, seu morbificus potius. Relationem tamen omnino habet cum subiecto paciente, terror & territus, neque enim est terror in se, sed huius receptiuitatis ratione. Et hac ratione etiam differentia non una terroris consurgit ac notanda venit. Enim uero terror aliis est incusus, aliis conceptus, alias velut ingitus.

Conceptum vocare liceat ab intra magis talem, uti in primis id valet de timidis & melancholicis, qui timent ubi nihil timendum est, propriam corporis umbram, terorum plenissimi. Inuitus est terror sine terrore, qui sine idea, saltim concepta, accidit, ut in motibus spasmodicis infantum, scorbuticorum, & grorum variorum, quando concutiuntur, & eadem quasi quæ territi reuera patiuntur & exhibent, neque tamen eius rationem dare no-

Hinc aliis est proprie dictus, reuera talis & stricte sumtus, incussus ille; reliqui magis effectus quam affectus, effectus morbos & symptomati. Illum proprie nostrum iam facimus, hunc utrumque non nisi adæquate & secundario, ad maiorem illustrationem, & cognitionem. Et eius quidem non unus est gradus, ut accidens enim admittit magis & minus, vnde & varia nomina, apud Latinos maxime & Græcos. Pertinet huc pavor, percusio, consternatio, examinatio. Apud Græcos φόβος, δέιμα, δέσποτης πληγής, item φέρων ηγετος Mari. 6. v. 8.

Et φόβος quidem, & reliqua quædam, (uti δέιμα pauorem, terrorem ac metum notat,) commune nomen est timori & terrori, vnde sæpe inter se confunduntur. Ast uti sub latitudine terroris omnia illa dicta comprehendendi possunt & debent, ita non minus terror & timor late inter se conueniunt, stricte & sensu rigoroso atque accurato differunt. Notauit id dudum Prodicus apud

A 3999 in 1 folio Plato

6. DISSERTATIO MEDICA

Platonem in Protagora p. m. 248a distinxit puta timorem a
terrore, δέον & φόβον.

Atque hæc velut clavis esse potest, quare Autores
etiam recentiores iisque celeberrimi terrorem sub timore
comprehendant, illumque metus speciem esse velint. Accedit & illud notabile, quod morum magistri Stoici
πάθη affectus animi secundum obiecta estimantes ad duo
summa genera retulerint ex bonis libidinem & latitudinem,
ex malis metum & rigoritudinem, sub quibus reliquas ve-
luti species tradidere, ut sub metu pigritiæ, timorem,
pauorem, conturbationem, formidinem. Terrorem,
ergo esse metum concutientem, pauorem, metum men-
tem loco mouentem, quo de latius legi meretur Tullius
l. 4. Tusc. quæst. c. 8. & ex eo aliis.

Concinit hisce Nemesius l. de nat. hum. c. 20. p. 81. qui
νεφέλη πληγὴν definit φόβον εἰς αἰσχυνήας οὐαὶς οἰδίας, metum ex
insolita imaginatione. In omni sic terrore est timor, sed
non in omni timore terror. Timor est terror productus,
terror timor subitanus & concentratus, incussus. Quo
sensu timori, seu animi angustiæ, opposita est αὐδησία, ro-
bur animi, fortitudo, terrori audacia, vel ipsa quoque
temeritas suo modo. Hinc strictius sumpta δηλεῖα timi-
dias definitur Theophrasto ὑρετική τῆς ψυχῆς ἔμφορος,
deictio animi meticulous, Ethic. Character. c. 26. p. 492. ubi
& exempla huius assert.

Et occurrit sane circa hos affectus magna affinitas,
magnus symbolismus. Qui timet, facile terretur, & con-
tra. Imo in ipso gaudio subitaneo, funesto & morbifico,
terroris primas deberi recte asserit Excell. & acutissimus
Peeblinus l. III. obs. XXIII. p. 451. A potiori ergo & fortiori
etiam hic denominatio est facienda.

Commode hinc videtur sequentem in modum DEFINIRI posse. Terror est perturbatio animi subitanæ, cum
consternatione, ab idea periculosa, insolita, incussa, con-
centratione spirituum, maior vel minori facta.

GENE-

GENERALIS locum constituit, ac formalem rationem absolvit, perturbatio animi, nullum enim datur aliud interueniens, quocum reciprocari & concipi melius possit. Non negamus, & motum contingere & metum. Illum enim requisita eiusdem, mouens, motum & medium, comprobant, & subitanex faciei mutationes eorum, qui terrore percelluntur, arguant ac demonstrant; hunc adiunctum periculum. Sed si per motum definiatur, id genus latius paulo definito haberi potest; sin per metum, paulo strictius. Perturbatio vero & usui loquendi & rei ipsi magis quadrat.

Quæ Græci πάθη vocant, inquit Cicer. c. nobis perturbationes appellari magis placet, quam morbos, quamvis videatur, vna pro morbo animi sumpsisse vocem πάθος. Sufficit κατέχεσθαι terrorem esse perturbationem. Adeoque pressius paulo dicit, in quonam consistat auersa a recta ratione contra naturam, animi commotio, ut affectus definire solebat Zeno. Motus est πάθος, ignorans, & non voluntarius, quia eius impetus inhiberi minus potest.

DIFFERENTIAM SPECIFICAM reliqua definitionis absoluunt verba. Enimvero motus hic animi turbatius est, & subitanus & vehementer, repentina & celeri incursu absolutus. Sane alii affectus, ut corporis, ita & animi sunt chronici, ut moror, tristitia, angor animi, curæ, metus ipse productus; qui lenta & paulatina, alteratione afficiunt spiritus, successive & inaduententer quasi, longiori mora. Alii vero acuti, qui celeritate, vehementia & periculo morbos velut æmulantur, άγριως & βίαιως, consernit & cum impetu, seu motu conserfissimo gaudent.

Et hi iterum vero duplices sunt generis, motu velut contrario constantes, quorum præcipua & instar reliquorum omnium sunt ira & terror, qua oppositione dum visunt.

8 D I S S E R T A T I O M E D I C A

visuntur, & considerationi subiiciuntur, magis eluescunt. Non minus ac venena quoque hoc discriminne veniunt, quod alia sint actius, volatilia, & cito pernicie infamia; alia per insidias, & occulte potius quam aperto marte corpori destructionem intentantia.

Accedit *avvivit*, inconsuetus motus est & insolitus, ubi, verbis *Celsi l. 1. c. 9.* subita insuetis sunt, vel accidunt, præter omnem opinionem. Quæ enim consueti sunt, minus afficiunt, vel turbant animum, sed symbolica potius sunt, & familiaria, non turbativa. Vix sunt hinc etiam timidissimi habiti lepores canibus venaticis adsuefacti, familiaritate contracta, timore & terrore omni exuto, cum iisdem conuersari. Adeo quæ consueta sunt, optime cum animo conueniunt, non terrent.

Atque hoc sensu terror est metus concutiens, si subitanus & repentinus fuerit, alioqui ad chronicorum classem potius referri meritus. Vehemens nempe concussio & subitanea commotio terroris essentiam exprimit, hinc a reliquis saltim quoad gradus & depressionis modos differt. Hos vero si attendamus, uti solent a quibusdam distingui, aut sub specie mali presentis numerantur, ægritudo, dolor, angor, afflictio, sollicitudo, desperatio, ira, moror, luctus &c. aut futuri, quæ auersatio seu fuga dicitur timor, si malum instans, si permaneat, formido, si mentem percellat, paucor, si corpus vehementer concutiat, terror, si ulterius procedat, consternatio & exanimatio. Vid. *Liddel. inst. l. 2. c. XV.* & *Linden. melet. p. 280.*

Non parum vero ad terroris physiologiam fecerit & *S V B I E C T I* consideratio, quod & hoc loco secundum suas diuisiones lustrari meretur. Nullum fuerit dubium, subiectum denominationis ut *Q Y O D* assignare animalia omnia viventia perfectiora, adeoque ipsa etiam *άλογα*. Quatenus enim appetitu sensitivo gaudent, affectus etiam suos experiuntur; videmus enim canes latrantes iræ suorum

ADDETTI TERRORE

9

rorem prodere, imo sapienter. De equis quoque
notum est, in vicio haberi, si ad occursum insolitum, ne-
dum sclopeti vel tormentorum explosionem, mox terrore
quatiuntur.

Proprie tamen & hoc loco medice ~~ad~~ exoxiv terro-
rem sustinet homo. Cum enim beneficio sensuum com-
mercia cum obiectis exerceat, de iis iudicet, cogitet, sci-
scitetur, & consequenter sub boni vel mali specie eadem
apprehendat, consectorium est, ad vnum omnes affecti-
bus obnoxios horumque participes, vtque sensuum ob-
iecta inevitabilia, ita & affectuum esse; vid. D. Praes Phys-
iol. Med. p. 302.

De subiecto autem denominationis ut quod, quo
mediante se exerat hoc loco, & ubi sedem suam habeat,
non una omnium mens est. Paradoxus in hoc, ut & a-
lias, est Helmontius, qui i. ius duumuir, tb. 25. est, inquit, ex-
tra controversiam, quin terror, tristitia, &c. primario præ-
cordia afficiant. Reflectunt se nimurum in stomachum
sensibiliter, nec possunt proin ad caput referri, eo quod
nulla eiusmodi perturbationum sentiatur caput petere
neque cor: nisi es stomachi pro corde sumatur.

Neque vero primus id statuit hoc ipsum, sed dum Nemesius h[ic] idem afferuit: τῆς δὲ λύπης ὄχειν τὸ σώμα τῆς κοιλίας, τῷ τοῦ δέ πόδε τὸ διέλεγεν αἰδονόμενον εὐταῖς λύπαις. Metu instrumentum est os ventriculi. Hoe enim est. quod in agititudine, morsum sentit, quam in rem ipsum Galenum citat ex libro tertio de Demonstratione deperdito.

Philosophi & Medici cor, tanquam caloris solum & principium motus sanguinis, pro subiecto agnoscunt. Ita Galenus l. 6. de decree, Hippocrat. & Platon. c. 3. in perturbationibus animi, ait, quæ in ira & terroribus contingunt; cor ipsum e naturali sua constitutione, exturbari, manifesto conspiciuntur. Tacemus, quæ ex sacris hanc

DISSERTATIO MEDICA

in rem laudari possunt, quando e corde affectus animi oriri, & suo sensu quam verissime afferuntur, quod ut alterius fori est, ita de eo consuli possunt Theologi.

Ast, si physiologiam hanc penitus lustremus, saluis omnibus his laudatis, **S V B I E C T U M P R I N C I P A L E** integrum est laudare **C E R E B R U M**, utpote sensuum internorum, ipsiusque deliberatiui & electiui appetitus sedem. Vbi enim idex sensibiles formantur, seque exerunt, ibi omnino subiectum etiam affectuum, seu modificationum sensualium locare oportet. Hinc, elogio Hippocratis, l. de morb. sacr. c. 16. t. 11. ex cerebro καὶ διμάται τῷ Φύσει προέστηται ἡμῖν, τὰ μὲν νήπια, τὰ δὲ γενεγόντες, & terrores & timores nobis accedunt, partim nobis, partim interdui. Et paulo post hæc ipsa διμάται καὶ οὐδὲν τῆς μητρὸς & ἐγκεφάλου, terrores ac timores a cerebri transmutacione contingere afferuntur t. 26.

Vtut vero hæc non tam loquuntur de terrore in-
cuso, quam concepto, & ab intra consurgente, qualis
in epilepticis accidit & melancholicis, vt de cura morbo
refert, l. 2. de morb. c. 70. t. 9., quando expauescit æger, &
terrificula menta ac somnia horrenda videt, & quandoque
mortuos; eadem tamen utrobique estratio, siue animi
passiones vehementes ab extraneo obiecto oriundæ cor-
pus afficiant, siue ab interno tales consurgant. Et per-
inde est, utrum glandulam pinealem velut centralem
radicem statuamus, quod recentioribus quibusdam ma-
gis arridet, siue in integro potius cerebro cursores hos de-
terminatos laudemus.

S V B I E C T U M M I N U S P R I N C I P I A L B & ad aqua-
rum est **C O R**, præcordia ipsa, & totum adeo corpus eius.
que partes, in qua maximo symbolismo ultimata resul-
tat terroris diffusio & effectus. Affectus nimium non
nisi primario resident, recipiuntur & esse suum formale,
inueniunt in cerebro, effectus vero tum in eodem, tum
in corde & alibi passim sese exerunt. Quando vero ce-
re-

rebrum laudamus; intelligendum est quoad suam machinam; quatenus est $\pi\gamma\omega\tau\iota\alpha\delta\eta\tau\theta\epsilon\jmath\sigma\tau$, sensorium primum, seu sensus omnis & motus animalis, secundi illius, primus condus, in concreto spectatum. Quod si vero in abstracto & singulatum hæc spectemus, affectiue magis laborent spiritus, seu terror vnicè & $\pi\gamma\omega\tau\iota\alpha\delta\eta\tau\theta\epsilon\jmath\sigma\tau$, (ab extra inductus,) est in spiritibus; effectiue humores & partes ipsorum solidæ, horumque omnium mechanica.

Contra ea vero, si terrorem conceptum & secundi generis quoque illustrare velimus; paulo inuerso ordine res procedit. Cum enim qualis sanguis, tales sint spiritus, quales spiritus, tales sensus, seu id est sensuales, spiritus afficientes, facile patet, pro statu diuerso massæ sanguineæ etiam affectus animi variare. Valet id de statu naturali quo ad temperamenta hinc dicta & stabilita, quorsum illud Galenicum referendum omnino, mores sequi temperamentum. Valet idem & de statu præternaturali, ne de non-naturali ipso hoc loco dicamus, quod exemplo morborum capitum & spirituum, ut melancholia, mania, epilepsia & alijs verum est.

Præstat vero utraque coniungere, & alterum ex alterius collatione hinc estimare magis. Ita enim patet, quomodo non solum cor dici possit subiectum, ut illud huic appliceremus, causa in nostro hoc scopo terroris, sed etiam hypochondria, præcordia, uterus ipse; utruiuscum cerebrum & spiritus, in primis animales, subiectum sunt symptomatici, terroris morbos v. g. & sic porro.

Causa terroris IMMEDIATA & proxima est concentratio spirituum insignis, diuersi quidem gradus, eaque non ab intra sed ab extra illata; siquidem de terrore proprio dicto sit sermo.

Id vero ut magis pateat, non una mechanica illustrationis ergo laudari potest. Iuxta Nemesium nascitur φόβος, metus & terror, per refrigerationem, omni calore vis την καρδίαν, θήν το ἀρχικὸν, ad cor, principem partem, con-

currente, non aliter ac populus cum in metu est, confugit ad principia. Idem percussionis vox arguit, quando rinos percussit, ac percutitur, a verberando, capessentibus fugam spiritibus, communis velut strage prostratis. Retusus stationarii, adstites sensuum extenorium organis, velut praefidarii milites abripiunt secum in fugam reliquos obvios. Idem puta de fixatione, coagulatione, coarctatione spirituum subitanea magis, adeoque dissipatio ne e suis stationibus. Cumque sint natura zetherex spiritus, concipi potest pressio quasi quaedam zetheris introrsum, ultra organa sensoria concentrati.

Enimvero omnes in uniuersum affectus animi germinum hunc motum humorum & spirituum inferunt, vel a centro ad circumferentiam illos euocent ac diffundant, foras inuitatos, siue velut ad amplexum, ut in gaudio, siue ad vindictam, ut in ira explicita; vel contra ea a circumferentia ad centrum, ab extra introrsum, maiori vel minori cum vehementia, adigant, quorum instar omnium est terror. Annotauit id dudum Pergamenus l. 2. de causis symptom. c. 5. Esi δή τοις, inquiens, ἐπὶ τῶν πέπτων, καὶ ως ἀντίποις τοῖς, οὐγενονικωτάτοις κινήσεσιν, η ἔσω τε καὶ ἔξω Φορδὶ ἐμφύτε φερμασίας ὅπλη πολλοῖς πάθεσι γιγνομένη ψυχικοῖς, ἄντα δ' αὐτῷ δηλονότι, καὶ τὰ πνεῦματα τὸ δίκαια ποὺ μὴ ἔσωπε τοὺς τῶν δέχεται Φέρεται (καὶ συσέβεται). ποτὲ δὲ ἐπίστος δύο τένεται καὶ χειται. Εἶναι δὲ ἑναργῆς θεάσιον τοὺς κινήσεις αὐτῆς σε ἀλλοῖς τε πολλοῖς, καὶ μαλαισι τοῖς ψυχικοῖς πάθεσιν. Αὐτίκα Φόβος τε εἰς ιουμός, οὐ μόνον τε καὶ πρὸς τὰ δέχεται σπάγει καὶ συσέβεται τοτε πνεῦμα καὶ τὸ δίκαια ποὺ τῷ κατεψύχει τὰ ὅπλα τοῦ. οὐ δέ δυοτείνει, καὶ χεῖ, καὶ θερμαῖνει. Erit quadam ex primis (et aliquis diseret) principalissimis motionibus, ipsa naturalis caloris intro forasque detinatio, multas animi passiones sequens, simul autem cum ipso Spiritus & sanguis modo intro & ad principium feruntur, ac contrabuntur, modo foras distenduntur & fun-

dun-

duntur. Et licet motus bos euidenter perficere cum in aliis multis, tum in ipsis animi perturbationibus e.g. terrore & ira, ille intro & ad principium spiritum & sanguinem una cum refrigeratione corporis superficiaria subdusit & contrahit: hac vero foras agit, fundit & calefacit.

Adeoque animi pathemata vel efferant nimis, vel deprimunt ac concentrant spiritus. Prioris generis est ira, posterioris, terror. Videatur hanc in rem latius & egregie tractans idem Willius tract. de anim. brut. c. 8. p. 67. vbi itidem perturbationes, quibus anima corporea aut tumida nimis aut contracta euadit, ad bina hæc retulit capita.. Dicit enim interdum hanc animam quasi exultantem sese erigere atque dilatare; vel perculsam, arctius in se comprimi, quæ perturbatio mox cum sanguine communica- tur.

C A U S A M E D I A T A P R O X I M I O R est idea periculosa & insolita visa. Quicquid enim naturæ insidias struere imaginatio sibi persuadet, illud abhorret, semper conseruationem sui intendens, destructionem autem o- mni modo auersans.

Cum enim, in altero hoc censu effectuum, mali auer- sionem appetitus omni modo, naturali inclinatione, cordi habet, ideali sine dubio vtitur representatione, eaque facta hinc fit ut electio boni, ita reiectio & fuga mali, quantum fieri potest, adeoque primum omnium obie- ctum terrificum fuerit non nisi malum & odiosum. Cum item citra symbolismum & familiaritatem ullam fiat; quæ enim consueta sunt, vel arrident, vel minus saltim afficiunt, nec terrent, nisi quoad modum quendam superad- ditum; idea etiam hæc speciatim fuerit insolita.

Par vero ratio est, utrum concernat hoc malum nosmet ipsos, hunc illum, qui terrore concutitur, an alios, quorum amore, commiseratione, affectu tangimur intimius. Videas enim parentes, liberos, coniuges se

inuicem mutuo prosequi amore, adeo, ut oculis propriis contra patientur, vel afficiantur in utramque partem. Ast cum charitas incipiat a se ipso, & proximus quilibet sit sibi ipsi, veritati consentaneum est, maiorem terrorem incuti proximiori & proprio malo, quam alieno & remotieri, concernente item charos & notos, cognatos, siquidem fratum quoque gratia rara exuperet & affinium.

Hæc omnia sigillat subitaneum & momentaneum; subito enim & improvisa oblata, vel occurrentia, opinacionis citius, vel contraria maxime eidem, magis terrere consuevere; adeoque non tam in futurum talia, vel existimantia, quam proxime & impræsentiarum. Egregius hanc in rem locus est. Philosophi l. 2. Rhetor. c. 5. § 20 πάντα κακά Φοβεῖται, αλλὰ ὅσα οὐ λατταζ μεγάλας, οὐ Φθορεῖς δύναται, καὶ τάντα ἀντί πόρρω, αλλὰ σύνεγιν Φοβεῖται ως τε μέλλειν. Ταῦτα πόρρω σφρέσσαι φοβεῖνται, ὅσοι ταῦτα ὡς δυποθανεῖν. αλλὰ ὅτι σοκὸς ἐγίνεται, οὐδὲν φεοντίζεται. Non enim omnia mala metuuntur, sed quacunque vel molestias magnas vel interitus possint, & hac qua non longe sed prope apparent, ut futura sint. Nam qua longe admodum, non metuuntur. Sciunt enim omnes se morituros, sed quis non prope, non curant.

Enim uero ut ἐγίνεται φοβεῖν τὸ φοβεῖν, prope apparet terrible, per dicta, ita idem illustrare licet aliorum effatis. Αὐτὸν δέδοικεν, inquit Plato in Protagora p. m. 249. ὠμολόγητον τρεῖς φοβεῖται κακά εἶναι, nam qua quā metuit, constat quod mala esse puter. Cumque certum sit, elogio eiusdem in Laube, p. 493. δεινά εἶναι αὐτὸν παρέχει, terrible esse qua metum incutirent, id non præstant præterita, nisi ut reditura fingantur, non præsencia, nisi futuri intuitu, sed quæ expectantur. Atque hinc utroque loco & Platonis verbis & Aristoteles, & consensu reliquorum, qui id hinc sumfere, δέσθι τρεποδοξία μείλικον κακόν, terror & metus est expectatio mali futuri.

Vno

Vno verbo id speciatim exprimere licet periculi voce. Quæcunque enim periculum præsentaneum vitæ, famæ, bonorum, & similium inferre apta nata sunt, ea demum terrent, saltim *καὶ ἐξοχὴν* & proprie. Et contra ea, ubi nihil periculi est, vel concipitur, ab obiectis & inde formatis ideis, illa quoque minus efficiunt, vel iadiferenter se habent, vel commiserationem solam aliumque affectum quam terrorēm inferunt, vt adeo omnis idea terrificā sit veluti periculo sigillata. Hoc ipsum incutit metum concutientem subitaneūm, seu terrorēm.

Cum vero obiecta hæc terrificā ab extra requirantur ad incutiendum terrorēm, & percellendum animūm, consultum fuerit & portas, per quas offeruntur, luctare breuiter, & ipsas quasi species quasdam. Inferuntur nimis non nisi per sensus externos, principaliter visum, auditum & tactum, secundario magis suo modo, qui non excludendi sunt, odoratum & gustum, sive reuera talia, sive apparenter. Et terror enim sæpe ex musca, elephante facit, vt habeant se sæpe instar niuis, quæ volutando in infinitos quasi montes exporrigi concipi potest in phantasia.

Quis viderit sine affectu, sine terrorē, iugulati homines, gravidas, senes, innocentes promiscue, liberos præsertim, coniugem, amicos, intuta omnia, flammis absundiædes, urbem, domum vicinam, nam tua res agitur, paries cum proximus ardet? Fit illud in primis, in bello, in obsidionibus & strage publica. Hinc terrorēm & metum Martis filios ascerebant veteres, autore *Plutarcho* amator.

Et soni sunt terrifici, ex improuiso & maiori impen- tu exploso scopeto, tempore insolito, etiam citra cœdem, & terrendi gratia solum, vnde & Germanis audit ein Schreck-Schuss. Terribile est tonitru, & fulmine, nihil terribilius mortalium timori, verbis *Plinii* l. 2. Hist. Nat.

Nat. c. 27. οργὴν θεραπεύειν τὸν γάιον, ἀπεγίγνετο μόσι, τὸν δὲ
τερρανονίτρου & φέρας τερρεφacit. Quo plures vero irruunt
per sensuum portas id est terrificæ, eo fortior & maior ipse
est, & in plures diffusus. Sic magis terrificum est tonitru,
quam terrificum aliquid sidus. Vnde pertinet huc & illud
vulgatum: obiecta mouent sensus, ut & alterum huc ap-
plicari potest: omne sensile excellens, si improbus sit,
& periculum incutiat, ludit, seu terret hoc loco sensus.

Hinc quando conquassantur nubes grauidæ, cum
fragore horribili, panditur, ut nobis apparet, cœlum, to-
nitru immane quantum succutit aerem, quatit & ferit
aures, fulgur oculos, iectus iactum excipit, diffusæ tristes
zenæbræ opplent ædes, fulmen diverberat tecta & parietes,
imbres agminatim per plateas præcipitant, percancelluntur
terrore omnes.

Ita spectra sunt terrificæ quam quæ maxime, seu
phantastica, apparentia solum, seu reuera talia, quod alibi
deduximus latius. Adde, seu visum feriant terrores
umbrarum, seu sono incondito insolito, nemine viso,
vel præsente, seu contactu insueto, hisuto, frigido,
igneo, aspero, seu fætore citra causam manifestam exorto.
Assumpta ex improviso aranea & masticata in ore, par-
ratio est similium, summum incutit mox terrorem non
immerito, ob periculum noxæ, veneni.

Omnium vero terribilissimum, τὸ Φόβον τοῦ Φόβον:
Terror humano generi, ut vocat Philosophus, est mors, ea-
que imminens, si naturali modo, non Christiano, sed
humano sibi relieto, non præparato animo concipiatur.
Finge tibi gladium iugulo imminere desubito, corrue
apoplepticum, syncopticum, extremos statim adesse la-
bores, & ipsi ægro, nisi sensus cum motu dictum factum
auferantur, & aliis adstantibus terror incutitur.

Sed opere pretium est, ex ordinariis causarum me-
dicarum etiam REMOTIORVM loculis hæc delibare
paulo

paulo vltius. Notum enim est, alios aliis magis terribus esse obnoxios, alios minus. Sunt, qui ad quemvis folii strepitum, absque causa manifesta externa, terrentur, *tau aīnū oīdā φολεύνε propriam*, ut aiunt, *umbram timentes*. Videas alios, qui imperterriti quasi non mouentur penitus, quod Stoici in primis affectabant, quorum nota sunt effata: gaudia pelle, pelle timorem, nec dolor ad sit.

Valeat id & verum est moraliter, quandoquidem male sibi constit facillime terrentur, & ad quemvis insolitum sensum praesto esse licet vel carnificem putant. Contra ea hic murus aheneus esto, nil conscrire sibi, nulla pallescere culpa; ut fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruor. Valeat vero & physice, quod nostri iam potissimum est scrutinii. Tanta vis est imaginationis fortioris seu phantasiz, ut saepe minima vellecula causa maximos creet morbos, vicissim vero terrorem saepe sola excitat imaginatio.

Ita confert huc, e classe NATURALIVM, TEMPERAMENTVM corporis. Ut affectus mutant humores & corpus, ita & corpus ac humores mutant vicissim affectus. Hinc cum concurrant quoque spiritus animales, pori, cerebrum, sanguinis ac ser, & prater alia cum primis hypochondriorum status, facile colligi potest axioma & porisma: quibusunque spirituum textura est debilior, obtusa, dissipabilis, in illis facilius terror inicitur, & incussus morbus euadit. Vicissim vero, qui spiritus habent magis robustos, unitos, secum habitantes, nec tam facile terrentur, nec territi ex que morbo ac symptomatis corripuntur.

Non secus ac in exercitu vis unita fortior est dispersa, palantes vero milites & extra suum ordinem dimoti facile subiguntur & prosternuntur. Ut flamma lucide

effulgens magis resistit ventis extinguentibus, quin forcitus quasi afflato insurgit, aqua vero remoram iungentia & fumum parientia si adsint, suffocatur prompte; ita & circa flammulam vitalem se res habet.

Concentrata iam a phlegmate aqueo, ab austero, acido, lento, fixo, melancholico, non difficulter a terrifica pressura magis in angustias redigitur, ut sui iuri non existens destituat partes necessario tutamine. Contra ea Martialia ingenia magis sunt imperterrita, sive temperamentum hoc sit nativum iam tale, sive adscitum, ipsaque consuetudo, tanquam altera natura, accedit, & duratus iam occalluerit ad pericula illa aliis habita animus, & magis infactus sit.

Prout ergo magis vel minus mobiles, concentrati & agiles sunt humores in M. S. ita etiam spiritus & affectus varie imprimi solent. Et in primis acidum, austereum, ponticum impressum iisdem, certum est abiectum magis animum, timentem, tristem, pauidum post se relinquere. Vid. D. Praes' Parabol. Med. f. 4. c. 9. p. 305.

Facit huc & AETAS ipsa; infantes citius ac sapienterrentur, illis enim & omnia noua sunt, ut in proverbio est, & textura spirituum tenella, que ac fibrarum, vnde & ἀδηλός φοβός incertus terror interdiu ac noctu, etiam in somnis, illos exercet, ut pauent promissime, s. aphor. 24. Ast iuuenilis & virilis zetas cordata magis, imo prior illa sape praeceps pericula spernit, in eaque ruit.

Timor & terror sexus sequioris in proverbiis sere abiit; videas tamen & animosas amazonas, & viris contra etiam mortem oppetere. Sufficit, haec ipsa vel ideo quoque referri, ut pateat, quoniam corpora magis sint disposita ad recipiendos & deriuandos in se terroris effectus.

Sunt

Sunt & aliæ causæ, quæ terrori suggestendo ansam præbent, vt tempus nocturnum tenebricosum: tenebræ enim concentrant magis spiritus, & ideas terrificas facile figurant, vnde terrores nocturni frequentes sunt, qui interdiu silent. Nec reticendus est locus ipse. Sic loca deserta, iustitiaz, cœmeteria, infesta, aut ubi alias Satanaz Iesus & spectra obseruata, vel cædes factæ, item solitudo, non parum ad terrorem incutiendum contribuunt.

Obsignabimus hinc hac ipsa causæ supernaturalis recensione, quandoquidem circa terrorē quoque $\tau\delta$ Jeov occurrit non raro, permittente diuino numine, vt terreantur fortissimi, fugiant nemine fugante, & consternati patientur stragem, plurimi a paucis, quorum exempla plurima in sacris occurrunt. Nec nostro seculo desit & hoc pacto manifestari Dei O. M. manus, quod durante bello Turcico & alias & nuperime contigit abunde.

Et hic reuera est terror ille Panicus, quem lymphaticum pauorem vocat Linii, siue a Pane immisso & sic dictus putatus sit, vti Ethnicis ignaris solitum fuit exprimere summi numinis vim, quam & ipsi sic agnouere; siue a pluribus, seu πνοι, omnibus communis & velut universalis, v. g. totius exercitus, vel urbis, affectu, eoque citra causam adeo urgentem manifestam; siue ipsius dæmonis & spectrorum concursus aliquando intelligatur. Πλάκων hinc audit, quicquid cum stupore subitanè contingit, seu terror maximus & generalis. Eleganter de hoc Seneca epist. 13. p. m. 234. Nulli, inquit, tam pernicioſi, tam irrevocabiles, quam lymphatici metus sunt, cœteri enim sine ratione, hi sine mente sunt.

Tacemus larvas natalitias, & alia terriculamenta, pro cœrcendis pueris excogitata, imo vero sapientia & superstitionis, neandum morbifica.

DISSERTATIO MEDICA
CAPVT II.

De

Terroris effectibus.

Bertinet terror potissimum ad causas morborum nonnaturales, & aliis omnibus contra in iisdem accessendis est potentissimus. Consultum hanc in rem fuerit lustrare breuiter phænomena territorum, seu quosnam effectus velut communes & obvios edat, ex quorum consideratione de aliis philosophandi emicabit materia.

Cumque facies sit veluti speculum quoddam totius corporis, hæc ipsa statim mirum quantum immutatur, pallor vultum occupat, excusso rubore, seu roseo floride colore, cadaverosus succedit. Stupor velut oculos occupat, ut defixus vni obiecto inhæreat obtutus. Fit interruptio vocis & sensuum quædam confusio; pauorque sapientiam omnem ex animo expectorat. Frigus extremorum, & tremor toto corpore, pro gradus tamen & subiectorum diversitate, exoritur. Terror vehementior cor omni virtute spoliat, horroremque ac rigorem febri similem inducit, effato Mabit Epit. Inſtit. l. 2. cap. VII. p. 113.

Visa fuit & aliuus citationis, in aliis vrina inuitis profusa, quod & apud Germanos sere in proverbiū abiit. Inde lassitudo, artubus ad motum minus aptis vel vegetis, vires labescunt, & noxæ hinc alia tam in præsens, momentaneo magis actu, quam in futurum præsto sunt, dilataz magis.

Praeter calorem & pulsus immutatus, tardus & rarus, hinc celer, frequens, debilis, inde redditus, & inæqualis; respiratio ipsa ducitur grauius & celerius. Celebratur etiam ab Autoribus pilorum erectio, vnde illud Poëta:

Obstupsi, sicutenique coma, vox faucibus hastis.

Va-

Valet idem in sensis, & longe magis in spiritibus, spiritibus & corpore iamdum satis debili, & tanto præsentius hinc affici & lœdi apto. Vti enim omnes animi affectus immodici, ita & præcipue terror alterat, atque a naturali statu corpus auertit, elogio Galeni l. art. Med. c. 85. Eñim uero reuocat terror spiritus & percellit, omnis sensus & motus præsides, reuocat cum spiritibus fluida vitalia, eaque in inordinationes præcipitat, congelat & fit sanguinem, motumque & circulum debitum sufflaminat, adeoque totam œconomiam & mechanicam vitaliem turbat.

Quandoquidem ergo vim quandam infert spiritibus, sanguini, lymphz, bili, humores vero partibus solidis, elateri fibrisque earundem, quid miri est, labem, consequi morbosam, hic illuc sese serius oxyus exerentem & manifestantem?

Causat & invitat terror morbos vniuersales & particulares. Februm autor est intermittentium & continuarum. Visæ sunt tertianæ & quartanæ in alios deriuatae, sola sp̄pe auersatione & terrore, vnde similis idea, non immissa sed formata in spiritibus & humoribus similem peperit morbum. Idque non modo in peregrinis obtingere assolet, verum quoque inter domesticos. Laborante marito quartana & coniux eadem corripi obseruata est, morbo licet fixo in se, nec in traducem contagiosum produci apto.

Febres item continua ardentes & malignæ tota die, citra præuium contagium, a spectris terrificis inducuntur, seu putatitiis phantasmatibus illusa phantasia, seu reuera ymbbris illis concuientibus vitalem sphæram. Vtique nomine & labia exulcerantur, indicio subsistentis in circulo suo sanguinis, & a sūcta acrimoniam concipientis. Inde & pondus momentosum ab insiliente lem-

re vel spectro relatum fuit, imo vana superstitione minus resolutum a terris, quod id noxiun putent, & sumpnum miseri, neglecta sic vel dilata necessaria ope.

Vulgatissima est parœmia, terrorem peiorum esse peste, seu incussum terrorem & metum superare ipsius contagis sibi relietæ actiuitatem. Sufficit obstetricem, esse, non matrem, debilitatis defensoribus spiritibus, & sic facilius succumbentibus, grassante publice & aperto marte malo. Terrere, noxa præsto est, moleculis & miasmatibus sic promte subeuntibus poros, & vacua sede data tyrannica strage grassantibus in vitalia. Exemplum, præter alia plurima etiam ab ipso citata ibidem, vid. apud Gabelbor. cent. 5. obs. 67. Et hoc sensu, non-alio intelligenda est Helmontii obseruatio l. Tum. p. 859: saxe fidem experientia fecit, quod quis terrore solo pestem absentem sibi atque suis parauerit. Confer. p. 892.

Vix inde quoque sunt non raro inflammations & erysipelata. Quamuis enim primo intuitu absconum id videatur, vel incongruum affectus naturæ; satis tamen ratio patet a sanguinis, vel circulo laxo, si acerius sit, si in ordinem minus redigi statim queat. Puerpera territa a subito & improviso disploso sclopeto grauisimam reportab mammae inflammationem; in aliis perdis rubor, seu erysipelas, a terrore visus.

Sed si ordine corpus secundum suas regiones afflimerus, terror invitat morbos capitis variæ generis, apoplexiæ, epilepsiam, paralyzin, melancholiæ, catalepsin & alios. Senex sexagenarius auditio illætabili defilio nuncio, postridie corripiebatur apoplexia fôrti, adeoque lethali, ob conturbatos spiritus eccentricis redditis lympha & sanguine cerebrali. Terrorem epilepsiz matrem esse, iæ infantibus inprimis, toto die experimur, in motus

motus peregrinos præcipitatis spiritibus. Imo si violentus terror vel timor irruat, ceduntur etiam quandoque idex epileptica, quæ in vitam perennant, verbiæ Helmontii l. de conceptis §. 11. p. m. 483. Exemplum videri potest apud Bartholinum cent. 3. observ. 41.

Quomodo ad paralyсин concurrat, idem docet l. de lithiasi e. 9. §. 63. p. 724. Ob terrorem nimirum in cerebro & medulla spinali sit pororum occlusio, vnde conœctura sit medullæ debiliori latere, sed impropriæ dictæ, resolutio enim potius est, neque intelligenda nisi angustatio & obstrœcio. Idcirco, addit, mulieres, vt quæ timidi plerumque sunt animi, per terrorem frequenter corrunt in paralyсин, absque apoplexia. Id enim proprietatis terror habet, vt peros confessim claudat, si subitaneus fuerit.

Exemplum melancholiæ ex terrore, cum vrinæ suppressione, vid. apud Hercul. Saxon. l. 3. med. pr. c. 24. Sic & Platerus obseru. l. 1. p. 70. sequ. quosdam a terrore melancholicos factos obseruauit, e. g. Senator quidam natura melancholicus, ex improviso casum epileptici videns, adeo percussus fuit, vt in grauem inciderit melancholiæ. Cum quidam captiuus, suppicio afficiendus, sibi laqueo in carcere mortem consciuisset, atque a carnifice vt in profluentem abiiceretur, dolio includeretur, muliercula quædam vicina, hoc viso, summopeze perterrita melancholiæ grauem contraxit. Apud eundem alia quædam pictoris vxor, natura solitaria, religiosa, tristis & melancholica, terrore percussa, ob rumorem sparsum, filium ipsius iam adultum, absentem tunc, in conflictu quodam interfactum esse, id quod eo magis credebat, quod in somno imago filii cæsi ei apparueret, in melancholiæ grauem incidit.

Accersit item terror morbos medii ventris, lipothymi.

thymiam & syncopen , palpitationem cordis , diversis gradibus recurrentibus ad fontem suum spiritibus, ibidemque grume¢iam & s̄c̄on non vniusmodi inferentibus. Imo ob terrorem validum subitanea morte quosdam interiisse, dudum Galenus notauit l. 2. de caus. symptom. c. 5. Ita & Plinius l. 7. H.N. c. 36. refert Pub. Rutilium, nunciata fratri in consulatus petitione repulsa , illico exspirasse. Heli quoque Iudeorum Pontificem & Iudicem, accepto tristi nuncio de clade, qua Palæstinæ hostes, capta arca , occisisque ipsius filii, Iudaicum exercitum affec- tant, magno subitoque terrore oppressum, de sella re- trorsum cecidisse , ac subito exspirasse, ex sacris literis constat, ne de nuru eiusdem dicamus. Plura exempla videri possunt apud Valerium Maximum, aliosque.

Quantum ad pleuritidem, tussim ipsam, & potissimum ad phthisin conferat terror , noto notius est, si biberet territum desubito contingat; ita enim s̄c̄on promovetur, & ad coagula maior fit dispositio.

Omnis inde emoritur appetitus , diffusis spiritibus. Puellam nouennem vidit Helmontius , quæ a tonitru pri- mum insigniter terrefacta edere cessauerat, neque enim a triennio priorsus cosmederat, nisi quod forte per octo- diuum aut amplius biberet quatuor circiter cochlearia aquæ puræ, obstupefacta penitus, nec defectum mani- festantibus spiritibus, l. c. insduumvir. §. 25.

Visa inde etiam fuit cardialgia , vomitus; diarrhoea, laudata iam, commota fortius extimulante, bile, seu excretorum modo laxitas quædam, modo stri- etura. In sequiori sexu vero longe plura & notabiliora symptomata terrorem consequuntur. Nil frequentius est, quam mensium, fluentium actu, ab incendii, fulmi- nis, vel alio terrore suppressio, in grauidis vero abortu toto die inde accidit, primi mensibus maxime, hinc & sequentibus aliquando.

Imo

Imo monstrorum ortus huic occasionali causæ fere debetur, cuius rei iterum singularia & inaudita exempla recenset *Helmontius l. de iniect. materialib.* §. 9. & geminum quidem, aliam, visa truncata manu, aliam ablato brachio, sicut mox edidisse horrore prævio, orbum hunc brachio, illum manu; tertium vero ablati capitis. Vxores mercatoris ipsi nota, ut audiuit, quod uno mane decapitarentur XV. (tempore Ducis Albani contigit Antwerpia,) statuit spectare detrunctiones. Viso spectaculo statim illam adortus est dolor parturientis, peperitque maturum infantem eruento collo, cuius caput nusquam apparuit.

Notabilis quoque est obseruatio *Coi l. 2. de morb. mul. c. 34. t. 6.* vbi cum dixisset, quamuis $\pi\zeta\phi\alpha\sigma\iota$, seu occasionem posse vteros propellere, si quid mali habeant, addit, id fieri quoque inter alia a terrore. Tacemus suffocationes, dolores, tumores, & alia plura huius generis vberitim hinc inde annotata ab autoribus.

Extraordinario quoque effectu quantum alterare queat terror corpora, in illis demonstratum est, qui præ terrore mortis vel pœnarum instantium, ynica nocte canis facti fuere. Instar omnium sit exemplum *J. C. Scaligerus laudatum Exerc. 312. p. 1006.* Franciscus Gonzaga Mantua princeps afficiem suum, suspectum coniurationis, cum in turri ad quæstionem aut supplicium servari iussisset, nunciatum est mane totum repente canum factum. Exinde vero mirum quantum confirmatur, quomodo refugiant a terrore spiritus, quantum figantur & alterentur, ut a depressione subitanea vicietur & in rubulis capillorum color, & senes quasi reddantur extemplo e iuuenibus, quod prodigii instar est. Plura hanc in rem exempla concessit *Schenckius l. 1. obs. 1.* quæ legi merentur.

Notandum vero hic loci est circa terroris hanc pa-

D tholo-

thologiam : distinguendum esse omnino inter *diticā* & *περὶ φασιν*, inter causam atque occasionem, item inter causas *περὶ κατέργησις* & *περὶ γυγνάνας*, antecedentes & occasioales, non minus inter internas & externas, quibus posterioribus & terrorem annumeramus. Hinc Galenus comment. q. de vīd. rat. in acut. τὸ σώματος, ait, ἡμῶν παρεχόμενῆς μετέχοντο ἐγένετο τὸ συμπληρωθέντα τὸ ἔξωθεν τὰ προστελέγματα τὸν διδίζειν αὐτῷ. Corpore nostro ad morbosam dispositionem panit, ita ut props iam sit completa, quipiam adueniens eam manifestat.

Et hæc velut clavis quædam est phænomenorum & effectuum a terrore oriundorum. Non omnes & que terrore affecti & percussi noxam inde morbosam persentiantur, sed dispositionem ad recipiendum hunc motorem, ad patientium, secum habentes; pro qua diuersitate subjectorum etiam vel sortitur affectum consimilem terror, vel indifferens est, nilque damni infert, vel saltim non tam ἀξιον λόγος memoratu dignum; siue illa dispositio sit hereditaria, siue acquisita vnde cunque, & cacochymia fata. Sunt enim, qui tam delicatam habent spirituum & fibrillarum neruearum texturam, vt a quolibet improviso obiecto mox percellantur & alterentur, quale quid in aliis non videoas.

Memorari vero quoque merentur seorsim effectus terroris velut & quiuoci, indirecti, accidentarii, & hinc quoque aliquando medici & salutares. Vti enim per se spiritus ac humores figit, coagulat, & in angustias redigit, ita vicissim dato uno inconuenienti plura sequuntur, vt laxitas per dicta eueniatur, vel inflammatio; imo ubi id opus est, vel indicatur, spiritibus & humeribus velut in fugam coniectis, vel retrocedentibus, & iuuamen infert.

Pertinent huc suo modo febres ipsæ iam laudata;

8

& inflammations, ubi non videntur a circumferentia ad centrum adigi effectus, *asides* cum plethora, saltim repletione particulari, vel cacoehymia biliosa inflammatione facili. Notabile huius rei exemplum refert, *B. Rofinacius Ord. & Membr. Comm. l. 2. s. 3. e. 5.* Nobilis vir L. annorum teritus in solitudine umbra corporis sui, lunaribus radiis expositi, putans se videre spectrum sensit leuem rigorem, calorem circa scrotum, inflammatione sequitur, tandem omnibus frustra tentatis, imo scarificatione inflammatione partis reiterata, moritur.

Sic & interdum a terrore sanguis circa cor concentratus, a natura iterum victus, cum impetu ad partem ruit, & largam hemorrhagiam parit. Accidit id in feminis apud *Salmuk. cent. 3. obs. 49.* nimium & lethalem mensium fluxum inde passa. Licet vero hi effectus contrarii videantur terroris natura; accidunt tamen reuera pro diuerso statu spirituum, sanguinis & corporis ipsius, diuersum inferente motum.

Hinc cuneum cuneum trudere, ac malum malo sepe repelliri, manifestum terror praebet exemplum, qui & remedii loco interdum, frustra aliis adhibitis, magnos morbos curat. Et ideo commune quoque terrori est id cum rebus aliis nonnaturalibus, & ex his nominatim affectibus. Enim uero hi & morbos inferunt, & curandi vsu aliquando venire queunt. Notavit illud iam dudum, *Cous l. 2. Epidem. s. 4. t. 26.* Επιτηδέουειν ὁ Συθυμίην ἐμποιεῖεν, καὶ χειράς αὐλήψις ἔνεκα, καὶ ἐγχυμώσις, καὶ θύμιας καὶ φόβος, εἰ τὰ τιάστα. Diligentia adhibenda est, ut excandescientia inducatur, & caloris reparandi & sanguinis in habitum corporis incitandi gratia, itemque terrores & similia.

Sic terror remedium est manix, seu furoris sine febri, ubi spiritus & sanguis sunt offerati, & gri immane

D 2 quan-

quantum pollut robuste, & calor æquabiliter diffusus,
ægri nihil timent. Sin retundatur impetus ille spirituum,
& calor alteretur, si terreatur & timere discant, spes sa-
nitatis certa affulget. Refert hanc in rem exemplum
egregium Rolsincius Comment. in 1. Aphorism. 1. talis ægri,
incusso terrore a larvato, iussu medici, homine sanati.

Idem valet de hydrophobia, a morsu canis rabidi
& vel simili illata rabie, quo casu terror & timor curantur
terrore, immersione in aquam marinam, hinc & aliam,
obliteratis hinc ideis terrificis, & alteratis sic penitus spi-
ritibus.

Terror excitat depresso spiritus & oppressos, imo
resolutos & disaggregatos cogit, vnit & ad se vocat, quo
nomine non vni morbo prodest & succurrit. Excitat
sopori immersos, caro, lethargo affectos, cuius rei ex-
emplum egregium refert Poeta Venusinus l. 2. serm. f. 3. v. 145.

Quondam lethargo grandis est oppressus : ut hares
Iam circum loculos & claves letus ouansque
Curreret ; hunc medicus multum celer atque fidelis
Excitat hoc patio : mensam ponit iubet, atque
Effundi saccos numitorum, accedere plures
Ad numerandum : hominem sic erigit, addit & illud,
Ne tua custodis, auidus iam bac auferet hares &c.

Excitat epilepticos, obseruatum enim fuit tempore
paroxysmi frigida largiter affusa præter expectationem
perterritos conualuisse ; vid. Th. Bartholin. cent. 3. b. 41.
p. 83. & Beniuuenius ibidem laudatus, c. 62. & 63. Vnde &
morbus insputatus apud Plautum etiam ex hac ratione
audit, iuxta quosdam.

Imo ipsam paralysin subitanæ incendiæ terrore
cessasse in viro alterius partis resolutione affecto per-
complures annos, omni ope humana destituto, eleganti
obseruatione refert Fr. Valeriola l. 2. obs. 4. p. m. 152. Si-
mile

mile quid in Crœsi filio muto contigit, teste Herodoto l. 1. Chio inscripto, qui occidendum patrem videns, timens eidem, & hoc casu territus, erupit in vocem, inquietus: homo, ne periras Crœsum. Atque hoc pri-
mum effatus postmodum per omne vitæ tempus vocalis extitit.

Suscitat & reuocat deliquia animi. Animi defec-
tus, si ob tristitiam aut gaudium aut terrorum exoluantur, odoribus & narium apprehensionibus sunt reuocan-
di, elogio Galeni l. 1. art. curst. ad Glauc. c. 14. Probatum
& extemporaneum remedium est aspersio aquæ frigidæ,
imo & antiquissimum, siquidem iam apud Homerum
Iliad. 14. Hectore vulnerato id in usu fuit, vid. Rolf. epis.
affct. partic. l. 2. p. 2. c. 2. p. 174. Imo, in defectu alias li-
quoris in itinere virina aspersa feliciter usus est Hildanus
Epist. 43.

Eodem obiecto terrifico & aliis hæmorrhagias ni-
mias videmus sистi, ut affusa laudata frigida aqua, idque
ex improviso, reuocatis sic intro spiritibus ad effluxum
citatis cum fluidis. Non vero solum de hæmorrhagiis
narium id verum est, sed & aliis, quale exemplum san-
guinis ab utero fluxus bimestris, frustra adhibitis reme-
diis, facta consternatione, ob digladiantes cognatos cu-
rati recenset Roflinius l. c. l. 14. f. 3. c. 12.

Et inflammations terrori cedunt nonnunquam:
Vir 50 annorum, autore eodem l. c. inflammatione oris
circa gingivam dextram superiorem laborans, liberaba-
tur prope lectum videns in terram subito concidere syn-
cope correptum. Disparebant in tumultu illo dolor, ca-
lor & tumor, & ante zger qui erat affixus lecto, sanus
mox adsidens mens, opiparis epulis & neccarino vu-
se reficiebat sanguine.

Terror fingitus est auerruncus, cuius incussu si-

nisi eundem autor est Galenus *l. de med. parat. facil. c. 37.*
itidem intro vocatis spiritibus, & dispioso incarcerato
flatu. Idem factum fide sancta testatur Valerius *l.c. p. 162.*
nempe singultum grauissimum atque contumacem, qui
nullis remediis cedebat, terrore subitaneo incusso se cu-
rassae.

Terror & tumores congestos disgregat, siquidem
sint mobiles. Sic herniam carnosam hoc pacto cura-
tam memorat Pechlinus laudatissimus *l. c.* Pertinet
huc & contactus tumorum per manum cadaueris, vnde
verrucæ, glandulæ induratae, scirri ipsi occidentes &
similes curati obseruantur, auersatione archei destituen-
tibus nutritium suum spiritibus, ne alias causas deli-
bemus.

Terror est febris fugus, aliorum archeum & tur-
bam citantes humores vocans, vt alterentur, & confli-
ctum citare dediscant, in motum abrepti. Comproba-
vit id experientia, in tertianis & quartanis refractariis
& chronicis,

Terrore arthritidem curatam vidit B. Möbius Epit.
inf. l. 4. p. 2. c. 8. p. 522. Similia exempla habentur apud
Salmutib. *l. 4. obs. 48.* Pechlin. *l. 3. obs. 24. p. 454.* & alios
passim.

Hæ ipsæ vero curationes terrore præstitez non pro-
miscue imitandæ, imo quædam rariores & extraordi-
nariz magis sunt. Præ aliis omnibus nimirum obser-
vandum est, vt tuta sit curatio quæcunque, nec reme-
dium grauius morbo. Quamebrem non nisi in robu-
stis, alioqui sanis, viribus constantibus, materia mor-
bifica magis exigua & superabili consistente, & cum
discrimine, id verba Hippocratis *Emendatur, sedulo o-*
peram dare, oportet.

CAPVT

CAPVT III.

De

Remediis Terroris.

Restat tandem, vt & remedia terroris, si quæ admittat, non intacta linquamus, CVRATIONEM secundum methodum medendi instituentes, via trita, per indicationes nempe, curatoriam, præseruatoriam, & vitalem, incendendo.

Vtut autem verum sit illud vulgatum, minima non curare, vt prætorem, ita & medicum, non superuacaneum tamen est, de remedio cogitare, si maior fuerit, imo minimus sp̄e huic visus, alteri satis exhibit negotii. Sponte quidem perire solet terroris vis, ac cessare, vt loquamus cum Roffinio l. c. quoniam autem animæ nonnunquam infiræ manent postseniones, & faciles ad morbosam dispositionem inclinationes, merito attendi debet.

Applicari huc potest doctrina de morbis spirituum & humorum, quæ ex nullo fero magie quam affectuum animi pathologia illustrari potest. Videas hic morbos, & symptomata eorundem, largo prouento conspicuos. Duplici enim & hic, quamvis alio paulo sensu, vt id repetamus, modo terror considerari debet, vt incusus, & conceptus, vt causa est morbifica ab extra, & vt effectus, ab intra. Adebat hinc intemperies spirituum & humorum, frigida in primis, cum confusione & frage coniuncta; adebat conformatio vitiosa, obstruclio vel vacuitas cum primis; adebat quasi soluta unitas, diuulsis iisdem, & hinc maxime actiones lizæ omnis generis.

Seu,

D I S S E R T A T I O M E D I C A

Seu, si modos alios consideremus, peccant quantitate,
qualitate & motu.

Quod si ergo iuxta laudatam methodum medendi hzc estimemus, INDICATIO CVRATORIA iubet reuocare, vnire, excitare spiritus depresso, fugamque capessentes, & motos componere fluctus; PRÆSERVATORIA, causas attendens, resoluere coagula, sanguinem ac remorum sanguinis humorumque reliquorum, & inordinations inde oriundas; VITALIS, utrius adstes fidelis, roborare spiritus & partes. Singulæ, quamuis latiori ambitu gaudeant, summiis hisce comprehendi & delineari queunt.

Hinc vt delibemus breviter materias remediorum e suis loculis, cum sanguis sanguinem subiens a terrore in motum citandus sit, vel refrænandus quoque, pro re nata, aliquando, in grauiori putat casu, etiam venam secare profuerit, vt stare desinat, & in ordinarios alueos reuocetur, vt si apoplexia inde timeatur ipsa; non aliter ac in suffocatis quoqué idem factum legitur cum successu; vel mensis fluxus immodicus consequatur.

Cæterum ad præcauendum terrorem, ne vel incutiatur a que, vel noceat, etiam remedia dantur non pauca, moralia & physica. Præsidiis Philosophiaæ seminebant ethnici, & inter hos Stoici cum primis firmabant animum suis effatis, vt vel non terrerentur omnino, vel territos se non faterentur saltim, robore animi concepto. Longo rectius Christiano more tutamen sub umbra alarum altissimi genuinum antidotum est omnis terroris.

Præstat etiam arcere obiecta terribilia, nec iisdem implicari; vel si vita genus & conditio abnuat, assuetudine quadam sensim sensimque sibi illa reddere familiaria; ita enim in contemptum cedunt, nec attendunt amplius, veltimentur. Cumque terror deprimatur ani-

animum & spiritus, spes erigat, ac temperet, huc quoque omni modo opponenda est, nō olliendo terrificā, nec præcipiti relatione proponenda, sed per ambages, & bene præparato animo, ut sic vulneretur minus.

Sic oculos claudere vel non adspicere consultum est terrori futura, rationis freno appetitui delicato inietto, vitandæ occasiones eiusmodi omnes; obturandæ aures, ceu portæ, vti & tonitrua reformidantes se occulasse in cellis subterraneis leguntur.

Sic & vina parant animos, & roborantia vinosa inebriamina quæcunque. Spiritu vini ad prælia animare milites non de nihilo est, cauendo, ne obruantur plus iusto, vel turbentur potius inde. Sin eius loco spiritus magnanimitatis recipiatur, simplex vel compositus, res eodem redit. Sic famosum est maslach Turcarum, & opiatum nepenthes, quod oblitterat ideas terribiles & alias infert, vt pericula non curet, qui assumpsit, minus terreatur vel moueatur, sed fortius contra eat.

Idem suo modo valet de fati immutabilis persuasione, statum esse moriendi punctum, quo nondum præsente frustra esse v. g. tela, vnde miseri homunciones in præsentaneam mortem ruunt. Tacemus menti inductas opiniones alias de impenetrabilitate corporum, quod dum firmiter credunt, periculis se audacius opponunt, tutos se satis arbitrantes, quamvis suo s̄epe danno summo experiantur contrarium.

Appendix solent hanc in rem quoque infantibus & aliis lapis bufonites, in nostris vineis quoque aliquando reperiendus, vt alibi in agris, prasius item, vulgo Schrecksteine vocant, lapis lazuli, & alii similes præfigi, vt volunt, instantis mali, & auersunci. Si vero quid ipsis tribendum est agunt roborando & serenando spiritus, vel vniendo quoque.

Est, vbi & EVACVANTIA expedient, commota
fortius bile, seu lene emeticum, certis casibus, propin-
etur, in exuperantia bilis & vergentis; seu clyster,
in delicatis applicandus, seu pilula aloetice $\ddot{\text{P}}$ ea, alia-
que deorsum ducentia, defæcandis primis viis debean-
tur. Ita in alias sanis commode consulimus primæ cu-
linæ, & antevertitæ symptomata, aliqui inde oriun-
da.

Non minori vsu subueniunt & DIAPHORETICA,
tum quando contagii præsentanei tradux metuitur, vt
in peste & morbis malignis, tum alias quoque, quatenus
diffundunt vires suas exprompte, & circulum sanguinis &
lymphæ in ordinem redigunt. Sic theriaca ipsa & hoc casu
polychresta est. Vid. Gabeliov. Cent. 3. obs. 60. Parratio est
aliorum, vt ~ C. C. ebor. liq. C. C. succin. Ra & eff. bezoard.
 $\ddot{\text{S}}$ diapbor. pulv. bez. sudoriferi magni $\ddot{\text{A}}$ alis, diacord. Fracast.
& similium.

Colophonem addunt & omne tollunt punctum
ALTERANTIA & CONFORTANTIA, communia &
specifica, antepileptica, cordialia, precipitantia, refocil-
lantia, excitantia, spiritus reparantia & vniuentia. Ex
his, velut in compendio, selectiora saltem quædam deliba-
bimus, qualia sunt e simplicibus corallia, cinnabarina, fragm.
lap. s. pretios. perl. ppt. mat. perl. conch. ppt. vt & aroma-
tica, balsamica, & mixta alia, pulv. epilept. March. spec.
cord. temp. pulv. absorbens, pannon. ruber, de gemm. cal. &
frig. Ra $\ddot{\text{A}}$ is carul. coallior. volat. auri, mixt. simpl. eff. myrrh bal-
samica, balsamum vita, conf. alkerm. \triangleright cinamom. birund. cum
caſtor. naph. embryon. elix. vita Matibiol. liqu. cephal.
Tacemus pulueres ad abortum, ~um $\ddot{\text{O}}$ lis $\ddot{\text{A}}$ oi volat. simpl.
& oleosum, interne & externe probatum.

Sic & balsama cephalica, cordialia & antilœmica
huc faciunt, item \triangleright apopl. simpl. & volatile, balsamica,

\triangledown car-

Garfunc. aur. Anholtin. &c. Vulgus acetum adhibet, id quod quidem alias, certis casibus, etiam præ ipsis a- quis apoplecticis officium facit, ad vniendos palantes spiritus, ast in terrore hoc plurimum hisce cedit spi- rituosis.

Producta autem a terrore symptomata peculiaria remedia depositunt, aliunde repetenda, & plura hacte- nus dictis, seu ad abortum fiat impetus, seu epilepsiam, apoplexiā, seu alia induxit; neque enim nostrum iam est in hisce latius occupari.

Facit hue & ipsum regimen territorum D I E -
T E T I C V M . Enim uero præstat aere calido souere, quam frigido exponere corpora; non statim cibum vel potum porrigitur, quod summi documenti loco est, nec lac infanti; quieti dedere corpus, quam motu vrgere lassa- tum. Nec sompus statim ineundus, nisi prouide. Ex- cretorum habenda ratio quoque, nec afflictis & territis addenda est afflictio.

Eruenda est etiam omni modo ex animis idea con- cutiens terrifica, nec quod res est referendum semper, quin contrarium potius, quantum possibile est, persua- dendum. Alias enim plus iusto perculsus animus mi- nus sibi reddi potest, sed extrema queuis sibi ominari. Consultum hinc alias prætexere causas terroris, si de im- prouiso v. g. occurrente spectro oriatur turbatio, propo- nendum est, suisse corporis lanx, plena luce irradiantis, umbram: si a sono aliquo audito in superiori axium parte, rationibus & testimonii confirmandum est, famili- am obseruasse lignum vel trabem præ calore dissilientem, vt monet B. Rosfincius l. c. p. 1024. quod ipsum etiam in rei veritate accedit saxe.

E 2

Vel

36. DISSERTATIO MEDICA DE TERRORE.

Vel, si maxime monita & omina, diuina s̄pē, vel
alia quoque terriculamenta occurrant, forti in Deum
O. M. fiducia nixis illa non timenda sunt, in cuius
manu viuimus, mouemus & sumus, certi omnia aman-
tibus ipsum cessura in bonum.

SOLI DEO GLORIA.

Stoica si fuerint ulli præcepta probanda,
Cumprimis Medicis aptius illa quadrant.
Occurrunt querulae voces, miserandaque
fata,
Mortes, & toto tristia quæque die.
Mens infracta decet, sic contra fortius itur.
Vt iuvet exprompte, non moueatur item.
Tu mature animum medicis sic artibus armas;
Adstare ut possis ferre paratus opem.

Peregrinio Dn. Respondenti de pro-
fectibus in arte medica insigni-
bus gratulor, & fauens numen ap-
precior

PRÆSES.

sp(?) 20

DO A 6374



80

SL-Lane.


UDK

DISP



B.I.G.

Black



I. N. I.
DISSE
TERRORE,
PRÆSIDE
GEORGIO VVOLFFGANGO
VVEDELIO,

HÆREDITARIO in Schwarka/
MEDICINÆ DOCTORE, COMITE PALATINO
CÆSAREO, CONSIGLIARIO ET ARCHIATRO DV-
CALI SAXONICO, THEORETICES PROFES-
SORE ORDINARIO,

Patrono, Præceptore ac Promotore studio-
rum suorum submisse colendo,

PUBLICO PHILATRORVM EXAMINI EXPOSITA

^{ab}
HIERONYMO ECKARDI,
SALZUNGENSI,
IN ACROATERIO MEDICO,
Horis ante-meridianis confuetis,
Ad d. Decembr. M DC IIIIC.

JENÆ,
TYPIS CHRISTOPHORI KREBSIL.

